

9. Valere igitur jussâ in hoc etiam Articulo mutata editione Prototypi stamus puritate, quæ partibus consuetis duabus, Ἰέσσει & ἀντιἸέσσει absoluitur.

10. Vtriusque verò hujus partis enodationi, ut ea præmittamus, quæ de Sacramentorum natura ac substantia quærî & controversari hodiè & solent & possunt, operæ pretium fuerit.

11. Tribus ergo quæstionibus Articuli hujus Ἰέσσει expediemus quædam. I. erit de ipsa natura ac substantia Sacramentorum in genere consideratorum: II. de eorundem usu ac finibus: III. de conditione & qualitate eorum, qui Sacramentorum finibus participes evadere cupiunt.

---

Q U A E S T I O I. Θ Ε Σ Ε Ω Σ

De naturâ & substantiâ Sacramentorum in genere consideratorum.

12. Sacramentorum naturam & definitionem arguta brevitate complexus videtur Apostolus, definiens Sacramenta quòd sint signa obsignantia justitiam fidei. Rom. 4, 11.

13. Duobus nimirum vocabulis, σημεῖον & σφραγίδος signi & signaculi, rem omnem accurate complectens.

Ff 4

Neque